



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

Epistola X. Gregorii Papae I. Ad Importvnvm Episcopvm. Transmittit  
Dominicum presbyterum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

lia, prius mobilium vel immobilium, seque mouentium vnciis octo retento sibi vsufructuario diebus viæ suæ, gestisque municipalibus alligatam, prædictum oratorium absque Missis publicis solenniter consecrabis, ita ut in eodem loco nec futuris temporibus baptisterium construantur, nec presbyterum constituas cardinalem. Et si Missas forte maluerit fieri sibi, a dilectione tua presbyterum non uerit postulandum, quatenus nihil alias a quolibet sacerdote alio vllatenus præsumatur. Sanctuaria vero susceppta sui cum reuerentia collocabis.

## EPISTOLA X.

G R E G O R I I P A P Æ I.

AD IMPORTVNVM EPISCOPVM.

Transmittit Dominicum presbyterum.

*Gregorius Importuno episcopo.*

**E**A quæ prouide disponuntur fraternitatem tuam credimus libenter amplecti. Et quia ecclesiam sanctæ Mariæ quondam Campisonis in tua parochia positam presbytero vacare cognouimus, præsentium portitorē Dominicum presbyterum in eadem ecclesia ut præesse debeat nos scito deputasse. Ideoque fraternitas tua ei emolumenta eiusdem ecclesiæ faciat sine cunctatione præstari, & decimæ fructus inductionis, qui iam præcepti sunt, prædicto viro fac sine mora restitui: quatenus eiusdem ecclesiæ utilitates, cuius emolumenta consequitur, Deo adiutorie solicite valeat procurare.

## EPISTOLA XI.

G R E G O R I I P A P Æ I.

AD IOANNEM EPISCOPVM VELLITRANVM.

Episcoporum sedes ex uno in aliud tutiorem locum transferuntur.

*Gregorius Ioanni episcopo Vellitrano.*

 Ioan. diac.  
 lib. 3. cap. 1.  
 Tur. lib. 3.  
 cap. 189.  
 Grat. 7. q. 1.  
 cap. 44.
 

**T**EMPORIS qualitas admonet, episcoporum sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas, ad alia quæ securiora putamus eiusdem dioceseos loca transponere; quo & habitatores nunc degere, & barbaricum possint pe-